Jn dei omnipotentis nomine. Amen.

Jnfra ſcripta ſunt conſilia ſeu allegaciones facte ſeu compoſite. per Reuerendum patrem et dominum dominum Nicolaum de ſicilia abbatem Mamacen̄. decretoꝝ doct. ſubtiliſſimum. Anno dn̄i. M. cccc. lxxv.

HActi contingencia talis eſt. Quidam A. cōtraxit ſpōſalia per verba de preſenti cum quadam M. et ab ea recepit dotis nomine mille. Cōtingit ꝙ antequam ſit deſponſata. duceretur ad domum vel aliter cōſumaretur matrimonium. vita functa exſtitit. Nunc queritur an dictus ſponſus lucretur dimidiam dotis. Viſo ſtatuto infra ſcripto. vz ſi qua deceſſerit ſine filijs ex viro cui nupta eſt tempore ſui obitus remaneat dimidia pars ſuorum dotium apud maritū nō computato in dicta dimidia lucro donationis propter nupcias. qua parte maritus priuari non poſſit. Poſtquam modum facte fuerunt alique additiones ad dictum ſtatutum in quibus ſemper fuit facta mentio d' filijs exiſtentibus vel non. Et xp̄i et eiuſdem matris nominibus inuocatis. Arguitur primo vt veritas magis eluceſcat ad partem affirmatiuam ſic. ſtatutum in deferēdo hoc lucrum marito ſolum requirit duo. ſcilicet vt nupta mulier ſit. et vt decedat ſine filijs ex merito. Sed hic duo contingerunt in facto propoſito. vt ſtatim p̄babo. ergo debet habere medietatem docium. conſequencia de ſe ſatis eſt nota. et maior etiā probatur. Nā verum eſt dicere quod iſta deceſſit ſine filijs ex marito cum nemo appareat et facta non preſumuntur. vt. c. inp̄reſencia. de proba. et c. Raynuncius. et. c. Raynaldus. extra de teſta. et in. c. cum in iure d' off. dele. cum ſi. ꝙ fuerit nupta apertiſſime p̄bo per tex. valde notabil'. iudicio meo in. l. cum fuerit. ff. de con. et demon. vbi apertiſſime probatur nupta dici. licet nō fuerit cognita. Et ꝙ plꝰ eſt etiam ſi non fuerit ducta et ſatis eſt ꝙ interuenerit ad matrimoniū conſenſus de preſenti q̄ ſolus facit matrimoniū et non carnalis commiſcio. vt probatur ibi in fi. illius. l. et lacius hoc tenent glo. et bar. ibi. Secundo probatur per. l. iij. ff. de dona. inter. vi. et. vx. iuncta glo. in verbo concubine. vbi notatur ꝙ matrimonium dicit'. et maritus et vxor dicūtur cōtractis dūtaxat ſponſalibus per verba de p̄ſenti. licet nō interuenerit carnalis copula. et ſic concludit ibi glo. ꝙ ſicut donatio etiam conſtante matrimonio p̄hibetur inter virū et vxo. cōſumato matrimonio ita et matrimonio non conſumato. ex quo interuenit cōſenſus de p̄nti. et quamq̄ glo. ibi dicat hoc de iure cano. tenere. dico idem de

GROSSHERZOGLICH HESSISCHE HOF-BIBLIOTHEK

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-152/0001
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

iure ciuili · vt ꝓbatur in auc̄ · de nup § nup
cias · et ibi bona glo · Et optime facit ille tex
ad iſtam partem vbi ꝓbatur maxime iun-
cta glo · nupcias contrahi ex ſolo conſenſu
vtriuſqꝫ ſcꝫ viri et mulieris · licet aliud nō in-
teruenerit · Tercio probo per multa iura
cano · que communiter dicunt matrimoniū
eſſe verum ex ſolo conſenſu de preſenti · li-
cet aliud non interuenerit · adeo ꝙ per ſecū
dum etiam cum copula nō tollitur primum
quia habuit iam ex ſuo conſenſu ſuam eſſen
ciam · vt ꝓbatur in · c · fi · de ſpon · duo · et
xxvij · q · ij · c · ſufficit · c · cum nunciatur · cum
multis ſe · ad idem · c · vnicum de voto · li · vj ·
et no · per hoſti · in · c · ex publico · de cōmu-
niter coniug · facit enim diffinitio matrimo-
nij que ponitur et declaratur · xxvij · q · ij · in
prin · et Inſti · de nup · in prin · vbi bon9 tex ·
cum glo · Quarto videtur de hac ꝙ prima
fronte caſus maxime iunctis dictis bal · ibi
in · l · nobis deo · C · de epiſ · et cle · vbi dicitur
ꝓbari ꝙ pactum de lucranda certam par
tem dotis · in caſu mortis ſortitur effectum
ſuum altero coniugum intrante religionem
et tamen certum eſt ꝙ poſt conſumationem
matrimonij non licet alteri coniugum intra-
re religionem de conuer · coniu · · c · cum ſit
et · c · ex publico · cum multis ſi · Sic videtur
intelligendus ille tex · quādo alter intrat re
ligionem contracto matrimonio et nondum
conſumato · qd̓ licet etiam altero inuito · vt
in · c · ex publico · et · c · ij · co · ti · Et ſm hoc
videtur ꝓbare ille tex · ꝙ dictum pactum
de lucrāda certa parte dotis in caſu mortis
vendicet ſibi locum etiam interueniēte mor-
te poſt contracta ſponſalia per verba d̓ pre
ſenti matrimonio nondum conſumato · ſicut
contingit in caſu noſtro · et pro hoc faciunt
ea que leguntur in · l · non ſine · C · de bo · que
lib · Sed hijs non obſtantibus contrarium
de iure puto verum ſcꝫ ꝙ dict9 vir nil lucre
tur pretextu dicti ſtatuti · Et primo facio pro
fundamēto duo ſuppoſita · Primum ꝙ ver
bum nupcie multipliciter in iure capit̄ · quā
doqꝫ capitur pro ipſa mera eſſencia coniu-
gij que ſolo conſenſu de preſenti interueniē
te cauſatur · vt ꝓbatur in · d · l · cum fuerit
in dicto § nupcias · c · omne nupciarum bo-
num · xxvij · q · ij · cum ſi · quandoqꝫ ſumitur
pro ipſa conmixtione carnali que interuenit
prius matrimonio contracto · vt ꝓbat̄ in
c · cauſam · et luce clarius ꝓbatur in · c · ge
nuit · maxime iuncta glo · iij · que hoc tenet
apertiſſime ea cauſa · et ꝙ et ibi aliquid per
archyd̓ · quādoqꝫ ſumitur pro apparatu et
feſtiuitatibus que fiunt tēpore quo vxor du
citur ad domum viri · vt ꝓbatur in · c · no-
ſtrates · et · c · femine · xxx · q · v · Et ſic capit̄
in euangelio vbi dicitur · Facte ſunt nupcie
in cana galilee · quandoqꝫ hieſus ibi fecit de
aqua vinum · et hec vltima expoſitō videtur
magis ꝓpria et conſentanea vulgo · vnde
eſt vulgare quorundam locoꝝ vbi dicitur le
noze · et ſentit gaſ · de cal · ſuper Rica · de
ſpon · Secundum preꝑoſitum eſt ꝙ verbū
matrimonium ſeu cōiugum qn̄qꝫ verificatur
in matrimonio contracto per verba de pre-
ſenti et carnali copula nondum interuenien
ti · Et vulgaliter dicuntur ſponſalia · per ver
ba de preſenti · et ſic ſolent nūcupari a mul-
tis nondum ad domum adducta viri · vt cla
riſſime apparet in · c · ſicut ex litteris · et pre-
ſente de ſpon · et clarius in · c · tercio loco · de
preſump · cum ſi · qn̄qꝫ ſolum verificatur ver
bum matrimonij ſeu verbum vxore et mariti
in coniugio carnali copula cōſumato · vt ꝓ
batur in · c · debitum · de biga · in prin · et in
c · ex publico · de conuer · coniu · Et elegan-
cius ꝓbatur in · c · ſi quis · deſpōſata · xxvij
q · ij · vbi dicitur · ſi quis deſponſata et tradi-
ta vtatur vere coniugium appellatur · ad idē
c · qua propter · vnde ſurgit hec diuerſitas
ſatis colligi poteſt ex hijs que legunt̄ et no ·
in · d · c · qua propter · per · d · c · debit9 · et per
glo · in · d · c · ex publico · ſepe allegato · Hijs
preſuppoſitis infero ad deciſionem queſtio-
nis noſtre hoc modo cum verbum vxor · et
verbum maritus verificatur et verificata re
periuntur poſt matrimonium conſumatum
et non antea et maxime verbum nupta qd̓ ꝓ
prie adaptatur ſaltim ad illaꝫ que ſolenniter
ducitur · ergo hec interpretatio ſcripta fien-
da eſt in caſu noſtro · antecedens · ē · plene ꝓ
batum fuit · conſequens autē apertiſſime ſic
ꝓbo iuſta cauſa reſtringēdi ſtatutum eſt · qn̄
ſimpliciter et late intellecto quis indebite lu
crum caperet vel alter damnum pateretur ·
Primum notabiliter ꝓbatur in · l · vt gra-
datim § ſed ſi lege · ff · de mu · et hono · et · c ·
abbate · de v̓ · ſig · Secundum ꝓbatur in · l · ij ·
et · l · adigere § quis · de iure patro · et · l · fi ·
§ in computatione · et ꝙ ibi no · C · de iure de
li · et vtrunqꝫ longe melius ꝙ̄ alibi ꝓbatur
in · c · cum dilectus · de conſue · ibi · non p̄iudi
catur iuri cōi non ſolum reſtringuntur ver-
ba ſtatuti ad intellectum quodāmodo extra
neum multum a longe verbis adaptabilem ·
vnde verbum elect · relatum ad quoſdam ca
pitur ꝓ confirmatione et hanc theoricam fir
mauit etiam bar · in · l · omnes populi · ff · de
iuſti · et iure · Ad idem vbicūqꝫ ſtatuta ſunt
penalia que ſatis dicunt̄ penalia ex quo adi-
munt patrimonium alicuius · vt no · Io · an ·
in · c · i · de elect · li · vj · verba debent reſtrin-
gi · vt non capiant illum intellectum quem ca
perēt ſm latam ſignificatōnem verboꝝ hoc
ꝓbatur in · c · cum in cunctis de elect · iuncto
c · ſi compꝛomiſſarius · eo · ti · li · ij · et per Io · an ·
in regula odia · de re · iur · li · vj · in mercurial̄
facit ꝙ ipſe no · in · c · ſtatutum de elec · li · vj

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-152/0002
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

Sed cum in caſu noſtro non ſolum diſtri=
butiue·ſed collectiue omnia hec ſupra dicta
interuenerunt·Ergo debet fieri predicta re=
ſtrictio qd patet·Nam iſte vir inlicite et nul
la iuſta cauſa exigente caperet hic medietatem
docium·licet matrimonium non conſumaue
rit nec ſolenniter ſponſam ad domum duxe=
rit·Item heredes puelle pateretur graue dā
num ex illa larga interpretatione·Item pre=
iudicatur iuri cōi cum debeat ſoluto matri=
monio dos redire ad mulierem·vt in·c·i·de
dote·poſt di·reſti·cum multis ſi·et profecto
ex ſolo illo capite accomodari poteſt ſtatuto
ille intellect9 maior cum omnis receſſus a iu
re cōi ſit odioſus et ideo reſtringendum·vt
in·c·i·et·ij·de fi·preſ·li·vi·et·d·c·cum dile
ctus·Ad idem notabile dictum Inno·in·c·
cum dilecti·de dona·vbi dixit q priuilegia in
quantum tangunt iura cōcedencium late in=
terpretamur·vt ibi et in·c·olim de v·ſig·et
l·fi·de conſti·prin·Sed inquantum tangūt
iura aliorum ſtricte·vt in·c·de tua·de auc·
et vſupal·et idem Jo·an·in·d·c·olim·et ad
duco tex·in·l·ij § ſi quis a principe·ff·ne
quid in lo·pub·Ergo hoc ſtatutum cum ſit
tale etiam ſi ſit priuilegiatum debet ſtricte in
telligi i preiudicium heredum puelle et maxi
me ſi conſiderabimus cauſam ſtatutum hoc
valde odioſum inducens ſine cauſa ſm illum
vagum intellectum diſparitatem inter ſpon
ſum et ſponſam ſeu virum et mulierem cum
viro premortuo maxime ante traditionem et
conſumationem matrimonij nullum lucrum
cōſequitur mulier nec ſubſtinuit vir aliqua
onera matrimonij contra profecto mentem·l·
fi·C·de dona·ante nup·et·c·fi·de dona·in
ter vi·et vx·Secundo principaliter in hanc
ſentenciam me mouet etiam mens ſtatuti que
multifarie colligitur·Primo ex priuatione
ipſius dum dicit·deceſſerit ſine filijs ꝛc·q̄ re=
feruntur ad illa verba tempore ſui obitus d
ceſſerit ſine filijs qd pz ex ſe et theorica bar·
in·l·ex facto·ff·de vul·et pu·vbi dicit q q̄
litas adiecta in aliqua oratione intelligit ſm
tempus verbi cui addicitur pro hoc glo·no·
in·c·ſtatutum in prin·in verbo canonicus·
in fi·que ſic debet intelligi·de reſcrip·li·vi
Ex quibus profecto verbo videntur ſtatuen
tes de muliere intellexiſſe que erat in ſtatu et
potencia ſui obitus faciendi filios·hec enim
verba ſine filijs ꝛc·includunt in ſe priuatio=
nem filiorum·et includunt in ſe abilitatem et
potentiam actus ſeu habitudinis filiorum et
notabiliter probatur in ſimili·in·l·i·ff·d ſuis
et le·vbi per bar·in verbo inteſtatus·ſed in
caſu noſtro hec mulier tempore obitus non
erat in tali ſtatu et potencia cum non fuiſſet
adhuc ducta in domum viri·Ergo clariſſi=
me patet q illa verba ſtatuti non verificant
in ea maxime cum per eam quo minus duce

retur non ſteterit·ar·c·ſicut ex litteris de
ſpon·Eſt etiam aduertendum q in omnibꝰ
additionibus factis ad illud ſtatutum ſemp
filiorum commemoratio et ex coniecturis p=
ſumitur euidenter mens ſtatuentis·l·licet·ff
de le·i·Tercio pondero principaliter illa ver
ba ex viro cui nupta eſt ꝛc·Nam proprie ſm
cōmunem vſum loquendi qui contraxit ſpō=
ſalia per verba de preſenti anteq ducat mu
lierem ad domum ſuam non dicitur vir illi9
mulieris·niſi ex conſuetudine quorundā lo=
corum·vt probatur in·c·genuit·xxvij·q·ij
vbi dicit Jeronimus·cum audiens ioſeph
virum marie ſuſpitio tibi non ſubeat nupcia
rum id eſt coniunctionis carnalis·ſed recor
dare conſuetudinis ſcripturarum q ſponſi
viri et ſponſe vocentur vxores·et·i·aperte
ſentit vbi etiam Jero·q contrahens p ver=
ba d preſenti ſicut contraxit beata virgo cū
joſeph·proprie dicitur poci9 ſponſus q vir
ex quo adhuc nō eſt ducta ſed vocatus fuit
joſeph vir propter conſuetudinem ſcriptura=
rum·p hoc illud·c·ſicut ex litteris·et·c·vlt
de ſpon·vbi appellantur ſponſalia de pre=
ſenti·et per hoc q ante traductionem alter
poteſt altero inuito intrare religionem et diſ
ſoluere matrimonium vt·ſ·dixi Ergo nō po
teſt dici ſtricte vir ſuus et quicquid d propo
ſito ſignificato·Illud tn̄ in circumſtācijs eſt
verum·et hoc verbum vir et mulier ſepe po
natur p eo qui conſumauit matrimonium et
maxime ex cōmuni noſtre temporis conſue=
tudine·ergo iſte intellectus debet in anima
noſtra reſtringibiliter capi per ea que ſupe=
rius dixi·et per regulam odia reſtringi·d re·
iur·li·vi·Et quia ſtatuta debent reduci ad
ius cōe quātum fieri poteſt·vt probatur in·c·
cum dilectus de conſue·l·ij·C·de noxa·no·
Inno·in·c·cauſamqz de reſcrip·et bar·in·l·
omnes populi·ff·de iuſti·et iure·Item ſta=
tutum dicit nupta et pleniſſime d hoc verbo
dixi·ſ·in prin·Item dixit apud maritum ꝛc·
Sed in multis locis et ſcriptis appellat ſpon
ſus anteq traducat et non maritus·vt·ſ·
plene allegaui·ee·d·c·genuit·et maxime at
tenta cōſuetudine huius ciuitatis et fere om
nium locorum in quibus fui ſm quā appel=
latur ſponſus·etiam illa die qua ſolenniter
duxit in domum donec cōſumeret matrimo
nium et cōis vſus loquēdi attendendus eſt
etiam in ſtatutis quia in qualibet diſpoſitio=
ne cōis vſus loquendi prefertur proprie ſig
nificationi vocabuli etiam in materia reſtrin=
gibili·vt no·Jo·an·in·c·fundamentum·
de elec·li·vi·et bar·in·l·omnes populi·ff·
de iuſti·et iure·Inno·in·c·olim de v·ſig·et
glo·in·c·nonnulli·de reſcrip·iura hoc pro
bancia non allego quia copioſe allegantur
in dictis locis·Vltimo adduco pulcrum moti
uum q elicui ex dictis pe·et Cy·principalit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-152/0003
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

m̄·l·non dubium·C·de leg·et facit ꝙ ibi no·
bal·et in·l·ſcire·ff·de excu·tu·et in·l·ſi q̄s
ſeruo·C·de furtis·et ſer·cor·et per dy·in
regula ſi·de re·iur·li·vj·Ad motiuum ta-
le eſt non ſolum debemus recedere a verbis
l·et ſeruare mentem vbi mens expreſſa eſt·
ſed etiam vbi mens ſeu ratio non eſt in·l·ex-
preſſa dummodo illa ratio preſumpta ſit na-
turalis et naturaliter et cōiter poſſit ꝓbari
per ſimilem per quam rationem etiam ſi lex
eſſet in contrarium ymaginari poteſt· vt no
tabiliter ꝓbari poteſt per·l·ſcire oportet·§·
ſufficit·ff·de excu·tu·dum dicit ibi tex·ex
naturali inſtitut̄·act·Ad idem·l·mulier·iun
cta glo·ff·ſo·ma·vbi coniecturatur mens
contra ipſius verba·ad idem de v̄·ſig·c·de
intelligencia·et·j·q·j·marchion·et·l·ſcire
leges·ff·de legi·Nam vt notabiliter dicit
bal·ſicut homo conſtat non ſolum ex anima
ſed et corpore ita lex ex mente ſeu ratione et
verbis et verba ſe habent vt corpus et ſup-
ficies·Ratio aūt ſe habet vt ſpiritus et ani-
ma·et hic magis debent reſtringi ꝙ ſuperfi-
cies verborum·vt·d·l·ſcire·cum ſi·ad con-
iecturandum aūt rationem·l·vbi non eſt ex
preſſa debemus coniecturare q̄d feciſſet ſeu
qua ratione fuiſſet motus vir ſapiens cū ta-
lis preſumatur legiſlator·lex enim debet eſſe
rationabilis·iiij·di·erit aūt·et doctori et iu-
dici data eſt poteſtas·l·interpretandi·l·vna
C·de profeſ·qui in ciui·conſtan·li·xij·No·
Inno·in·c·cum ſpeciali·de app·ſed certe
in caſu noſtro nō poteſt preſumi ꝙ cauſa lu
cri fiat affectus coniugij ſeu reliquie ſponſa
liorum de preſenti·quia eadem ratione por-
rexiſſet conſimile lucrum ad mulierem·quia
vir et vxor non debent in iſtis ad imperia iu
dicari·c·gaudemus de diuor·et melius quo
ad propoſitum in·c·fi·de do·poſt diuor·re
ſti·et·l·vlt̄·§·penult̄·C·de dona·ante nup·
nec poſſumus cōiecturare ꝙ ratio fuerit ꝙ
vir eſt caput mulieris·hec em̄ racio nō ſuffi
cit vt patet in·d·c·fi·et ꝙ no·glo·in·l·deo
nobis·C·de epiſ·et cle·nullam ergo aliam
bonam efficacem rationem poſſumus conie-
cturare i hac diuerſitate inter virum et vxo-
rem niſi quia vir intraducendo ad domum
et in ſuſtinendo onera matrimonij facit mul
tas expenſas nam fere expendit totaꝫ dotem
in ornamētis et cōuiuio·ita ꝙ ſi velꝫ illa or
namenta vendere non reperiret dimidiū eiꝰ
q̄d expendit·Itē expenſas factas in conui-
uio inuſitabilia et ſimilibus nullo recuperat
merito ne vir remaneat conſumptus·voluit
ſtatutum ſibi prouidere in lucro medietatis
docium ſicut in ſimili ſibi prouidit lex in re-
ſtitutione dotis in·l·alia·ff·ſo·ma·in vxore
aūt ceſſant hee ratōnes merito ſtatutum ſibi
lucrum non attulit cum ergo hec et non alia
ſi: ſtatuti ratōnalis et ſufficiens ratio non de

bent habere locum in caſu noſtro vbi ceſſat
ratio·l·et licet fecerat aliquos ſumptos non
tamen fecit illos exceſſiuos qui ſolent fieri in
ſolenni traductione de modicis·Non enim
eſt curandum·l·ſcyo·ff·de inte·reſti·et·c·
j·eo·ti·Nam et ſponſa aliquos ſumptus fa
cit inter conſanguineos et ſaltim ad ornan-
dum ſe prima vice in qua tñ ſtatutum non vi
detur habuiſſe conſiderationem·Ex hijs cla
riſſime infertur ad deciſionem huiꝰ caſus vt
dictus vir nil lucretur virtute dicti ſtatuti·
Reſtat nūc reſpodnere ad primū et vltimū
motiuum quia ad alia ſatis patet reſpōſio ex
predictis·Et primo ad·l·cui fuerit·dico em̄
vt·ſ̄·dixi ꝙ verbum nupciarum q̄nq̄ꝫ verifi
catur in coniugio contracto ex ſolo cōſenſu
ſed q̄nq̄ꝫ contra·vt·ſ̄·plene ꝓbaui·Nā in
d·l·ideo ſufficit contrahere p ſolum conſen
ſum quia ibi ſumus in teſtamētis in quibus
fit larga interpretatio·vt in·c·cum dilecti·
de dona·merito capi: ille largus ſenſus ſed
in caſu noſtro ſumus in materia ſtricta meri
to debet capi alius intellectuꝫ ſtrictior nec
hoc inuſitatum eſt vt idem verbum aliter ſu
matur in materia larga·aliter in materia ſtri
cta·ymo expreſſe ꝓbatur hoc de poſſe et de
bere fieri·in·c·cum dilectus de conſue·et in
c·ſtatutis·iunctis ibi no·p Jo·an·de elect·
li·vj·facit q̄d no·bar·in·l·iij·§·ait ꝑtor·ff·
de dā·infec·et hoc quotidie viſitamus·Itē
in·d·l·cui fuerit·ſatis fuit ſatiſfactum men
ti ſtatuēcium·vt·ſ̄·dixi·Reſtat reſpondere
ad·l·deo nobis·C·de epiſ·et cle·ad quam
reſpōdeo dupliciter·Primo ꝙ ibi nullomo-
do colligitur ꝙ matrimoniū non eſſet conſu
matum nec valeat illud ꝙ poſt conſumatio-
nem p̄t cum conſenſu alterius·vt·c·cum ſis
et·c·vxoratꝰ·et·c·de aplica·de cōuer cōiu·
et tali caſu p̄t intelligi illa·l·Secundo reſpō
deo et ſubtiliuſ ibi pactum lucri erit cōe et vi
ro et mulieri·vt ibi in tex·et glo·Adeo ꝙ ſi
fuerit aliqua diſparitas reducitur ex diſpoſi
tione iuris ad paritatem vt ibi ſm intellectū
glo·quo caſu non p̄t dici ꝙ lucꝝ ibi deferet̄
propter expenſas vl̄ onera matrimonij·quia
non vindicaret ſibi locum in muliere p p̄di-
cta ſi neceſſario a pari intelligitur propter il
lam paritatem q̄d propter affectionem ma-
trimonialem cedit illud lucrum q̄ affectio ac
cidit ex ſola eſſencia matrimonij·de conuer·
coniu·ex publico·de vo·eo·ti·li·vj·ideo
vendicabat ſibi locum·ante etiam traducti
onem et conſumacionem matrimonij maxime
cum vterqꝫ poſſit ibi eſſe in lucro et damno
et ſic eadē iuris diſpoſitio·ita eſt in caſu no-
ſtro quia ceſſat ratio ſtatuti·ceſſare debet ſta
tuti diſpoſitio in iuribus vulgatis·vide bo-
nam glo·in ſimili in replicatōne doli·q̄ q̄nqꝫ
conceditur quādoqꝫ negatur eadeꝫ ratione
remanente ſemper·vt nota·in·c·dilecti·de

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-152/0004
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

excep·ad·l·non ſine·C·de bo·que lib· dico
ꝙ non obſtat quia loquitur in diſpoſicione fa
uorabili·ſecꝰ in odioſa·vt ibi cōiter notatur
et maxime per bal·qui videtur cōtrariari hijs
que ſenſit·in·d·l·deo nobis Et profecto om
ni affectione ceſſante·hanc partem puto ve=
riſſimam·nec mouere debet iudicem in cōtra
rium aliquoꝝ forte ſingularis opinio qꝫ aut
in terminis eoꝝ non concurrunt omnia pre=
dicta aut tanq̄ euidenter reprobata per pre=
dicta non eſt ſequenda quandoqꝫ eſt euiden=
ter falſa vel probabilibꝫ rōnibus poteſt con
uinci vt bonus iudex acutiſſimi ingenij exti=
mabit ſm eum de ferijs·cappellanus· allego
ad hoc tex·no·in·l·i·§·ſꝫ neqꝫ ex multitudine
C·de ve·iur·enu·Et hec ſufficiāt·Laus deo·
Nicolaꝰ de Cicilia abbas doct· famoſiſſimꝰ
Con·ij·

CAſus dum eſſet materia
queſtionis inter quendam do=
minum Johannem ex vna parte·
et quendam Guilhelmum ex alia
parte de caſtellionis occaſione mutui·Tan
dem inſtante poteſtate dicti loci comꝓmiſe=
runt in quendam Gauſparem tanq̄ arbitra
torem et amicabilē compoſitorem qui illico
in palacio poteſtatis vbi factum fuit comꝓ
miſſum auditus petitōibus dicti domini Jo
hannis auctoris·et reſponſionē dicti Guil=
helmi et quibuſdaꝫ eorū iuribus ꝓmulgauit
arbitramentum et laudum condemnātes di=
ctum Guilhelmum ad ſoluēdum dicto dn̄o
Johanni flor· xv·in alijs vero abſoluit eum
ab impeticione dicti dn̄i johannis qui dn̄s jo
hannes ſtatim anteq̄ exirent de palacio apꝓ
bauit dictum laudum demum poſt determi
natum officium dicti domini poteſtatis dn̄s
johannes ꝓclamauit petendo illud arbitriū
reduci ad equitatem boni viri dicens ſe enor
miter leſum cū deberet habere a dicto Guil
helmo longe maiorem quantitatem dicebat
etiam nō ſibi obſtare illam approbationem
et emologationem arbitramenti·quia ipſam
fecerat p impreſſionem dn̄i poteſtatis qui in
iunxit ei nullomodo exire palacium niſi apꝓ
baret dictum arbitramentum· ꝙ ptās erat
terribilis contra ſibi reſiſtentes·dictus vero
Guilhelmus ſic ꝓuocatus rn̄dit ꝙ totū lau
dum erit iniquum et iniuſtū cum in nullo te=
neretur dicto dn̄o johanni·vnde petebat to
tum laudum anullari et cancellari ꝛc·Vene=
runt tandem ad ꝓbationem et pro parte dn̄i
johannis fuerunt ꝓducti duo teſtes ſup mu
tuo·et duo poſt terminum qui tn̄ iurauerūt
infra terminum datum ad ꝓbandum ·primi
duo depoſuerunt ſuper confeſſione facta d
dicto mutuo a dicto Guilhelmo·fuerunt tn̄
ſingulares in depoſitōibus ſuis quia depo
nebant ſuper diuerſis confeſſionibus· Alij
vero duo teſtes ſatis videbantur probare p̄

ceptum poteſtatis dicto dn̄o johanni factu
modo predicto· Pro parte vero Guilhelmi
fuerunt producti aliqui teſtes qui etiam fue
runt ſingulares in dictis ſuis deponentes ſu
per confeſſione dicti johannis qui multas ꝛ
certas quantitates pecuniarum receperat ꝓ
reſtitutione a dicto Guilhelmo ꝛc· Querez
batur que eſſent partes iudicis in hoc caſu·

XPiſti eiuſqꝫ matris ·
nominibus inuocatis Conſiliū
ꝙ iudex deberet retractare et
anullare totum laudum et arbi
tramentum declarare dictum
Guilhelmum in nullo teneri dicto dn̄o johā
ni ac imponere ſibi ſilencium et abſoluere di
ctum Guil·ab impeticione illius et condem
nare illum in expenſis factis in hac cauſa ·
Et quanq̄ hoc nudum conſilium debuiſſet
ſufficere cū peteretur a iudice et ſic eſſet de=
ciſiuum et non a partibus ſicut obſeruatur
in ſentencia ferenda iuxta cōſiliū doct·in·c·
ſicut de re iudi·p Jo·an·in addi·in ti·d ſen·
ꝓla·§·qualiter·v·ceterum·Et no·ꝙ conſi=
liarij ne tn̄ fortaſſe ex conſilij nuditate aliquo
rum animis in ſcandalū agrauaretur aliqua
breuiter animum meum ad hoc iudicium mo
uentibus inſerui· Et pro fundamento euidē
taliter premitto plura· Primo ꝙ peticio re=
ductionis ad arbitrium boni viri eſt quaſi q̄
dam appellatio·l·i·C·de arbi·cum ibi no·
tn̄ tollit p̄ſumptionem laudi·vt in ſimili no·
in appellatōne ab excommunicatione·q̄ licet
non ſuſpendit excōmunicationē·vt·c·paſto
ralis·de ap·ſuſpendit tn̄ p̄ſumptionem iuſti
cie et ꝓceſſus et deuoluit cauſam ad ſuperio
rem·vt no·Inno·in·c·bone el·i·de elect·et
in·c·quoniā contra·de ꝓba·facit ꝙ no·glo·
in·c·ad reprimendum de off·or·Item etiam
p̄mitto qd petens reductionem ex iniquitate
habet ꝓbare ipſam iniquitatem et grauamē
quā iniquitatem ſeu grauamē ꝓbare poteſt
aut ex antiq̄s actis aut ex nouis iuxta tn̄ di=
ſtinctionem bar·in·l·ſi ſocietatem·§·arbitro
rum ꝓ ſocio·et ꝑfectius in conſilio·cc·lxxv·
et in ſpe·de arbi·§·vlt·v·ſed nunq̄·et vide·
Jo·an·in addi·ſpe·eo·ti·§·pall·v· jtem q̄d
ſi comꝓmiſſum·et p anto·butri·in·c·quinta
uallis·de iuriur·non tn̄ eſt quia ex eo preſu=
matur multum pro dicto arbitratoris· iuxta
no·in·c·poſt ceſſionem de ꝓba·ſed quia hec
eſt intentio actoris petent laudum reſcindi·
Tercio p̄mitto ꝙ licet appellatus qui ſentē=
ciam approbauit non poſſit ex ſua pſona pe
tere confirmationē ſentencie·de re·iud·c·ꝙ
ad conſultationem· Tamen ſi appellans in=
ſtat contra ſenteciam p̄t appellatus petere
vt illi ſentencie addatur vl detrahatur ꝛ ſic
vel aliter informetur·quia appellatio licꝫ ab
vna parte ſuppoſita ſuſpendit totam ſenten=
ciam·l·i·ff·ad turpil·et·c·veniētes·d iuriur